

quoque hac in Arte desudarunt. Desu-  
davit, omnes conatus ad conjectandi hanc  
Artem docendam *novo & incomparabili Ope-  
re de conjectandis cujusque moribus ac latitan-  
tibus animi affectibus* vertens, **SCIP. CLARA-  
MONTIUS**: desudavit *Ingenii Humani  
Theatro, sive de cognoscenda hominum indole  
secretisque animi moribus* Libris duobus, **NEU-  
HUSIUS**: desudavit *Ingeniorum Scrutiniò*  
**HUARTUS**: desudavit *Animorum Icone*  
**JOHAN. BARCLAJUS**.

### **APHORISMUS XXXIV.**

Opera Physiologiae Systema-  
tica *tenuis hac vidimus: videamus*  
**& OPUS PROBLEMATICUM,**  
**XXXIIX.** Sectionibus *compre-  
hensum.*

### **EXEGESIS.**

Posteaquam Philosophus *Opera Physi-  
ca* magis systematicè proposuerat: perrexit  
deinceps ille, atque Dialectici exercitii gra-  
tià illorum Operum quoddam *problematicè*  
proposuit. **PROBLEMATATA ARISTO-  
TE-**